

licet ex Gregorii epistolis ad Mauriciū impatorē. Qui qđem ipator haud
 aliter Gregoriū quibusdam in rebus redarguit: qđ si apud ipsum totius ge-
 rendę reipu. cura cōsisteret. Neceffe igitur fuit: ut absente impatore & He-
 xarcho illius uicē gerente: ad aliquā maiore auctoritatē negocia: tum con-
 sultanda: tum pagenda deferētur. Noīna uero quę tum fuerint: aut magi-
 stratuū aut consiliorū incertum. Mutata. n. p tporum uarietate. Cōsules
 alia auctoritate qđ supiores: & bādaresios & senatores & p̄fectos: & regio-
 num capita legimus & audiuius. Ceterū ut ad cōsulta Gregorii Roma-
 norūq; reuertamur Paulus Gregorii frater ex oriēte reuersus: Quid egerit
 renūciat. Verba sibi a Cōstātino multa data. In his aut nullā ponēdā spē.
 Qđ illud quoq; impium uariis multarū gentiū incōmodis affligeretur. Cū
 igitur nō amplius differendū uideretur: exquerenturq; sentētię. Eniūero oī-
 um uoces in Pipinū frācorum regem cōsentire. Eum unū qui possit tantis
 mederi malis. Si nō exaudiat cōploratā esse rē Romanā & ecclesiā. Itaq; oī-
 um cōsensu legationē decernūt: Quę miserādis italię rebus opem iploret.
 Decreti ad eū legati: Primus eius familię francorū regnum Zacharię pōti-
 ficis auctoritate fuerat cōsecutus. Celebre tunc erat p uniuersum fere orbē
 Pipini nomē. Patriq; Carolo atq; pipino auo haudquaq; dissimilis. Pręcla-
 ras res bello gesserat. Magnā autē spē prębebat Martelli patris exemplū.
 Cuius & uirtus & auctoritas effecerat ut Luitprādus rex ad primas illius
 litteras ad obsidenda Roma copias amoueret. Dū itaq; hęc romę gerūtur
 Veneti qđ intelligerent hęc oīa: & quorsum euasura essent cōiectura assequi
 nō possent: sibi tamē nō poterāt nō timere: Maxime uero Rauennę urbis
 amissione. Quę qđem urbs cum oī hexarchatu in langobardi ipiū & aua-
 ri hoīs ditionē uenisset. Metuebant aut ne latius hoc incendiū corripet. Fi-
 nitima siqđem cū essent Veneta estuaria Rauēnatibus: ut supradiximus:
 littora uero apta pręcipue a Clodia oppido usq; ad Fossam quę nunc for-
 naces olim uero carbonaria appellabatur. Brondulanū tantūmodo littus
 Athesis fluminis ostium itercidebat: unde ī mare influit. Erat aut is locus
 sine ullo munimento: ut igitur si quādo ab eo capite urgeret hostis: longi-
 us arceretur: neq; liber illi transitus p oīa littora pateret: placuit Brondulū
 munire Castello ualidiori: quasi ppugnaculum ad omnes ex eapte ipetus
 sustinendos: Atq; ut eius ostiū transitus semp esset in Venetorum potesta-
 te. Deodatus igitur dux cū. xiii. Ducatus anno ad id maturādum opus p-
 fectus esset: Galla ciuis metanaucenus audax ad omne facinus: ceteris aut
 in rebus quę ad pmerendū honorem ualent: penitus destitutus: Stipatus
 coniuratorum manu Deodatum operi intentum improuiso adoritur. Cō-
 mittitur prælium aliqto iniquius: cum parati imparatos adorerentur. Me-
 tu perculsi qđ circa ducem uersabantur: fugam capeffunt. Dux oppressus
 capitur a Galla ducatuq; & oculis priuatur. Neq; Gallę tamen patratum

galla deodato dux ornatus
 capto ducatu capta